

grā alimenti cūm sit redacta in minimas particulas, & cūm minimis aliorum elementorum particulis ita unita, & fermentata, si sic loqui possum, ut sensu nullo appareat: quidni fuerit in chylo etiam talis?

Hoc declaro exemplo, accepto à cineribus lignorum. Quemadmodum terra in mistione lignorum tām exquisitē est permista cum reliquis elementis, ut non magis occurrat sensibus, quām reliqua: tamen, cum ligna comburuntur, tām non latet illa sensum, ut cineres etiam copiosos constituat: ita heic etiam.

Amplius, exemplo pinguedinum. Quemadmodum terra in illis tām latet, ut nemo ostendere illam possit; tamen cum pinguedo uritur, ostendit se satis copiosē in fuliginibus: ita heic etiam.

Dum enim alimentum à calore animalis resolvitur in minimas particulas, & tantum non *αιαζοιχθάται*: non potest non superesse, quod terreum est, sed in minimorum minoribus particulis.

Iam igitur crassum hoc, neque tām formidolosum est, neq; tām superbū, ut nī patreat amplissima janua, periculum audeat intentare. Quod ut credas, si induci his non potes, accipe etiam hæc alia *ἐκ τελεσίας*.

I. Cras.